

PIIS MANIBVS
 VIRI CELEBERRIMI
CONRADI SAMVELIS
SCHVRZFLEISCHII

ELEGANTIORIS LITERATVRAE
 IN ACADEMIA PROPTER ALBIM
 DOCTORIS SVMMI

SERENISSIMI DVCIS SAXO VINARIENSIS

GVILIELMI ERNESTI

CONSILIARII ET BIBLIOTHECAE PRINCIPALIS DIRECTORIS
 NONIS IVLIIS MDCCVIII BEATE DEFVNCTI

AC

VIRO NOBILISSIMO

HENRICO LEONARDO
SCHVRZFLEISCHIO

I. V. D. HIST. PROF. PVBL. CLARISSIMO
 FRATRIS GERMANI OBITVM LVGENTI

SACRVM HOCCE ESSE IVBET

IOANNES GEORGIVS REINHARDVS

DRESDAE LITERIS HARPETERIANIS.






Uamuis ea videtur rerum hu-
manarum vicissitudo atque in-
constantia, ut nihil a Supremo
Numine mortalibus ante ocu-
los sit constitutum, quod rei perennis ac semper
duraturae nomen mereatur; bene tamen ac
feliciter nobiscum agi iure meritoque censeo,
si ii, qui alios animi ingeniique dotibus ante-
cellunt longe, multumque superant, tamdiu
nobis a fortuna seruantur, donec reliqui ean-
dem vitae doctrinaeque rationem addiscere,
atque per multas seculorum aetates, ad longam
usque posteritatem, propagare possent. Haec
est vero sortis humanae conditio, quae viribus
mortalium longe imperat, nec sempiternis se-
culorum aetatibus mutari potest, ut eos nobis
inuideat, tantumque non eripiat, quos vix
ostendit, eorumque memoriam seculis deplo-
randam relinquat. Agnoscant merito legem
hancce duram necesse habent omnes, quae nec
immunes esse iubet eos, quos in fastigio rerum
humanarum constituit fortuna, nec eos, qui ve-
rae virtutis studio animum exornarunt, multo
minus, qui optimae sapientiae, solidaeque eru-
ditionis praeceptis instructi, desiderium seculi
ex-

exstiterunt. Certe, conditionis nostrae iniquitatis exempla non sunt a maioribus repetenda, quae monumentorum vetustas, ultimam redolens antiquitatem, nobis suppeditat, cum acerbam potius recordationem repetat memoria *Viri Celeberrimi* CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII, cuius obitum patria lugeat, & omnes literarum amatores lamentabili voce deplorant. Quem enim Tu, *Vir Nobilissime*, fratrem Germanum, optimeque de Te meritum, ereptum Tibi doles, ego defleo studiorum promotorem maximum, eoque maiori eius desiderio afficior, quo maiora fuerunt beneficia, quae summus eius erga me affectus & benevolentia singularis, toties in me cumularunt. Nec nobis tantum communis est hic dolor, nostraque pectora solum premere videtur, qui potius magis Academiam vestram tangit, & vulneris memoriam renouat, quae fata hodie & superioribus seculis, animis vestris infixerunt. Imagines quae se vobis offerunt viro- rum, quos maiores aetates vix tulerunt, non possunt non efficere, quin lugeatis Lutheros, Melanchtones, Rhodomannos, Taubmannos, Schmideos, defleatis Buchneros, Stolbergios, Sennertos, Ziegleros, Ostermannos, aliosque, quorum memoria vigebit semper, nec poterit

un-

unquam ulla seculorum obliuione deleri. Hi sunt, quibus purioris de Deo doctrinae, eruditionisque apud Germanos restauratae initia debemus; SCHVRZFLEISCHIVS vero, summus ille Humanitatis Doctor est, qui literas nostra aetate, felicitis ingenii vi excoluit, atque ab interitu fere nobis conseruauit. Sed agnoscenda etiam in hoc est fortis nostrae inclementia, quae nihil magis aggredi videtur, quam quod mortalium admirationi est expositum, in eosque vim omnem saeuissime exercet, qui maximo, Seculo suisque, ornamento exstiterunt, ac reliquis suo exemplo maxime profuerunt. Velim itaque cohibeas luctum, *Vir Nobilissime*, & moerori lacrimisque modum facias, seduloque cogites, Te esse superstitem, SCHVRZFLEISCHII nomine dignum, fratremque Tuum, iam inter coelites versantem, ea prodiisse lege, quo superatis tandem vitae huius angustiis, perpetuo Numinis conspectu, diuinaque consuetudine perfrueretur. Nostrum potius erit, memoriam *Viri Celeberrimi* omni obseruantia prosequi, nec unquam obliuioni dare merita, quae tot tantaque multis abhinc annis in nos fuerunt, sed grata semper ea mente recollere, piaque recordatione, ad seram usque posteritatem propagare.

lidas decipiendi, ex-
 os viros, et abstrusa
 em doctrinae thesau-
 rit Principibus, summis-
 s. Iamblichus commen-
 ole
 rig
 F
 enat
 nic
 s E
 cel
 s X
 fim
 ep
 vac
 lui
 itte
 HU
 def
 a q
 rlei
 , a
 fil
 unt
 Tuc
 tere
 ead
 id
 la v
 fert
 in
 llue
 app
 lo,
 non
 unt
 ort
 .Pr
 , v
 qy
 fi
 ris,
 ole
 nus
 o
 on
 ret
 m
 n
 fot



PIIS MANIBVS
 VIRI CELEBERRIMI
CONRADI SAMVELIS
SCHVRZFLEISCHII
 ELEGANTIORIS LITERATVRAE
 IN ACADEMIA PROPTER ALBIM
 DOCTORIS SVMMI
 SERENISSIMI DVICIS SAXO VINARIENSIS
GVILIELMI ERNESTI
 CONSILIARII ET BIBLIOTHECAE PRINCIPALIS DIRECTORIS
 NONIS IVLIIS MDCCVIII BEATE DEFVNCTI
 AC
 VIRO NOBILISSIMO
HENRICO LEONARDO
SCHVRZFLEISCHIO
 I. V. D. HIST. PROF. PVBL. CLARISSIMO
 FRATRIS GERMANI OBITVM LVGENTI
 SACRVM HOCGE ESSE IVBET
IOANNES GEORGIVS REINHARDVS
 DRESDAE LITERIS HARPETERIANIS.

oncinnis sermonibus, et
 faecenates nostri summi
 unt, locumque invitati-
 dulculentiora in scholam
 unt, suamque in Musae-
 lem in aedificii nitorem
 sacrarium cum Civitatis
 pplaudentibus signifi-
 nyfiani 1708.

